



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Possessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Decimò, pœna pecuniaria potest imponi ab Episcopo in quibusdam delictis, & contra excommunicatos, Felin. *in ca. nonnulli, ver. ceterum nos, de rescr. clar. qua. 80. ver. in hoc autem.*

Undecimò, pœna contra homicidas, & bannitos, vide Pii II. *Bullam 3. Sixti IV. Bull. 10. Julii II. Bull. 5. Leon. X. Bull. 13. Clem. VII. Bull. 6. Pii IV. Bull. 30. 80. 83. 104. Pii V. Bull. 13. Gregor. XIII. Bull. 66. & Sixtum V. in alia Bulla.*

Duodecimò, pœnæ contra Prælatos, & alios beneficiatos se ingerentes administrationibus Ecclesiarum, non levatis Bullis, habentur in *Bulla 4. Jul. II. qua incipit, Romani Pontificis.*

POSSESSIO.

Primò, possessio quomodo probetur vide in *ver. dominium.*

Secundò, an liceat propria auctoritate ingredi possessionem, quando aliquis possideret, vide *Afflict. dec. 403. n. 7. ubi affirmativè respondetur.*

Tertiò, & quid in beneficialibus, vide in *ver. intrusus.*

Quartò, in beneficialibus quonam pacto detur possessio vera corporaliter, vel quasi possessio & quomodo hoc intelligatur, vide *Dyn. in cap. 1. num. 31. de reg. jur. lib. 6. similiter jurisdictiones, servitutes, & alia incorporalia quomodo possideantur, vide eundem in c. sine, num. 4. cod. lib. 8. tit. 8. & ibi addit. in ver. quasi, & gl. in c. conquestus, in ver. quasi, de foro comp.*

Quintò, an, & quando quis dica tur sterisse in pacifica possessione, vide *Staph. fol. 28. num. 13.*

Sextò, possessio triennis probatur per unum testem de visu, & per duos de publica voce, & fama, *Anchar. conf. 42. prope finem, Felin. in c. veniens, il 1. col. 6. num. 16. versio. scias etiam, de test. Rota decis. 7. de restitu. spoliat. in noviss. Caputaq. dec. 348. par. 2.*

Septimò, possessio annalis, vel triennis, vel decennalis an requiratur, ut sit immediata ante litem motam, an sufficiat, quòd esset perfecta ante litem quando cunque, ad hoc, ut impediatur sequestrum: si eundem affirmat *Caputaq. decis. 384. par. 2. & non primum.*

PROCURATIO.

Procuratio quando debeat prælatis, ratione visitationis, consecrationis, reconciliationis Ecclesiarum, vel quando veniunt ad degradationem Clericorum, vel ad consecrationem Episcoporum, vide *Abb. & Doct. in c. cum sit, de simon. & ibi Addit. in Abb. vide in ver. concilium, §. 5. in ver. visitatio, §. 6.*

QUÆSTORES.

Quæstores prohibentur prædicare, & contrafacientes ab Episcopo possunt puniri, *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reform. in fin. & sess. 21. c. ult. de refor. disponit, ut eorum nomen, atque usus in omnibus Christianæ Religionis locis aboleatur, nec obstat Bulla Pii IV. qua est 42. qua incipit, Pontificis, tamen sine indulgentiarum publicatione, & concessione confessionalium. Pius V. Bull. 30. qua incipit, Et si, ubi dat facultatē quæ-*